

In Aeschyli Supplicum vv. 145 sqq.

*Εἰ δὲ μὴ , μελανθές
Ἑλιόκτυπον γένος ,
Τὸν γάιον ,
Τὸν πολυξενώτατον
Ζῆντα τῶν κεκμηκότων
Ἔξομεσθα σὺν κλάδοις
Ἄρτάναις θαυμοῦσαι ,
Μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὄλυμπίων.*

Ita locum vexatissimum edidit Wellauerus. In quo illud vel morosiori critico assensum extorqueat, quod ille quum ex libris vetustis ἦ διόκτυπον consignatum esset idque exemplaria omnia occupasset, ἥλιόκτυπον latere perspexerit primus. Poterat illam vocem vindicare similibus quae sunt χιονόκτυπος, δημιούργοκτυπος. Minus prospere eidem viro docto cessit sequentis versiculi emendatio. Namque libri veteres monstrarunt lectionis: Mediceus et Guelferbytanus codd. cum Aldo τόνταιον, Regius L. et codex Robortelli τὸν ταίον, unde vulgata consarcinata est scriptura, quae est τοῦγγαιον. Wellauerus suo periculo τὸν γάιον novavit. Ista appellatione qui Iovem inferorum vocaret neque inventus est quisquam et ne potuit quidem: is ut debuit, appellatus est χθόνιος. Certam viam emendaturo munit docia annotatio Grammatici in Etym. Gud. p. 227, 37. Ζαγρεὺς δ μεγάλως ἀγρεύων, ὡς

*Πότνια Γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων ,
δ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας ἔφη. Τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέαν νιὸν
Αἴδου φασὶν , ὡς Αἴσχύλος ἐν Σκύφῳ .*

Ζαγρεῖ τε νῦν με καὶ Πολυξένη

Χαῖρειν.

Ἐν δὲ Αἰγάνητῳ οὖτως αὐτὸν διὰ τὸν Πλούτωνα καλεῖται , τὸν

αγραιῶν τὸν πολυξενότατον, διὰ τῶν κεκμηκότων. Qui locus ita corrigendus est: *Ἐν δὲ Αἴγυπτοις* (ita Welckerus Trilog. Aesch. p. 557., qui trilogiam, ex qua erat Supplices fabula, illo nomine vocatam suspicatur.) *οὗτος αὐτὸν τὸν Πλούτωνα καλεῖ,* (minus recte Welckerus *τὸν Διὰ τὸν Πλούτωνα:* confer Etym. M. s. v. *Τινὲς* [*τὸν Ζαγρέα*] *τὸν αὐτὸν φασιν εἶναι τῷ Πλούτωνι.* *Διὰ* ex sqq. illatum, ubi *διὰ* ex *Δία* corruptum verissime intellexit Welckerus: quod ipsum eius quod est *Zῆνα* locum occupavit.) *τὸν ἀγραιῶν, τὸν πολυξενότατον Δία τῶν κεκμηκότων.* Welckerus, qui Supplicum illum locum respici monuisset, ad emendanda verba Aeschylea adhibere neglexit. Namque vv. *τὸν ἀγραιῶν* aperte corrupta: quae neque metro satisfaciant et Grammatici redoleant explicationem. Ipsa mens Grammatici manu dicit ad id quod reliquerat Aeschylus: scripserat *τὸν ζάγριον*, cui scripturae omnes illae Aeschyleorum verborum corruptelae mirifice favent. Ut autem *Ἄγρεν* pariter usurpatur atque *ἄγριος*, ita nihil obstat quo minus Aeschylum *Ζαγρεὺς* forma aequa atque altera usum credamus. Totus igitur locus his firmioribus incedet talis:

*Εἰ δὲ μὴ, μελανθὲν
Ἡλιόκτυπον γένος
Τὸν ζάγριον
Τὸν πολυξενότατον
Ζῆνα τῶν κεκμηκότων κ. τ. λ.*

Scribebam Brunsvigae.

T. H. Schneidewin.